



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 44. S. Remigii Primordia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

## §. XLIV.

Sæculum V.  
A. C. 476.*S. Remigii Primordia.*

Inter hæc fulgentissimum Sidus in eadem Galliarum parte oriebatur S. Remigius Episcopus Rhemensis. Parentes ejus *Flodoard.* Emilius, & Celinia primis conjugii annis hist. 1. alium generant filium, nomine Princi. *Hincmar.* pius, qui Episcopus Suessionensis, & Pa. *ap. Surium* ter Lupi, Successoris sui, fuit. Ecclesia *13. Jan.* S. Principii Memoriae 25. Sept. honorem exhibit. Multis post ipsius Nativitatem annis Eremicola, cui nomen Montanus, Divinitus revelatum, Principii Parentibus alterum filium ad populorum Salutem nasciturum, & vocandum Remigium. Hæc Eremicola ad Celiniam, & in Vaticinii argumentum addidit: *cæcus sum, ut vides, sed postquam lacle tuo oculos meos laverò, lumen recipiam.* Natus est puer, e fonte Baptismi Remigius dictus, & Montano Eremicola, admoto Matris ejus lacte, oculorum lumen rediit. S. Remigius lucem primo aspexit circa annum 450. in agro Laudunensi. Balsamia, Nutrix ipsius, etiam Sanctorum numero adscripta, & Rhemis in Ecclesia Collegiata, quæ S. Nutricis Nomen gerit, celebris est. Hæc Mater fuit Celsini, postea S. Remigii Discipuli, quem Lau- duni Sanctum Sussinum dicunt, & vene- rantur.

S. Re-

Sæculum V. S. Remigius optimo a Natura ingenio  
 A. C. 476. præditus, & humanioribus Disciplinis im-  
IX. Epist. butus, Sidonio Judice in Eloquentia Pa-  
 læstra palmam sua ætate omnibus præ-  
 ripuit. Scientiarum studio pietatem jun-  
 xit, ex puer morum gravitas, & inno-  
Ebd. I. centia elucebat. Hinc Bennagio, Epis-  
c. II. copo Rhemensi, defuncto unanimi totius  
 populi consensu, ipso frustra reluctante,  
 nam juvenis erat viginti duorum anno-  
 rum, ad Sedem vacantem implendam  
 electus est. Eventus docuit, digitum Dei  
 ad hanc Electionem fuisse operatum. S.  
 Remigius septuaginta quatuor annis Ec-  
Sigebert. in clesiæ Rhemensi dignissime præfuit. An-  
Chr. no 471. ordinatus fuisse creditur.

## §. XLV.

*Sancti alii in Gallia Episcopi.*

Sid. IX. ep. Multos alios in Gallia Episcopos eximia  
io. Greg. Sanctitate fuisse Sidonius litteris  
Tur. II. hist. consignavit. Inter illos celeberrimi ha-  
c. 23. Sid. bentur Aprunculus Lingonensis, qui Sede  
VII. ep. 10. sua pulsus, cum in Arverniam venisset, ab  
IV. ep. 10. ipso Sidonio Successor in Sedem Claro-  
Martyr. 10. montanam designatus est. Auspicius  
Jan. 29. Episcopus Tullensis, Censurius Episco-  
Jul. pus Antissiodorensis, cui Constanlius, Si-  
ep. 15. IV. donii in paucis amicus, S. Germani vi-  
ep. 24. tam inscripsit. In Ecclesia dies decima  
 Junii Censurii memoriae sacra est, &  
 29. Julii Prosperi Aurelianensis memoria  
 agitur,